



INSTRVC TIO MANVDVCTIONEM PRESTANS IN CARTAM ITINERARIAM MARTINI HILACOMILI: CVM LVCVLENTIORI IPSIVS EVROPAE ENARRATIONE A RINGMANNO PHILESIO CONSCRIPTA.

1511

Illustrissimo principi Anthonio Lothoringię ac Barri Duci.ꝛc. Martinus Hylacomilus sese humiliter commodat.

m Os fuit olim illustrissime prĩceps Parthorũm reges salutare: sed id nõ sine mũere. Ego quoqꝫ in p̄sentia cum te salutare instituissem: putaui id aliquo munusculo faciendum. Munusculo aũt non aureo (neqꝫ eñ tu auro eges: qui inter cęteros principes vt generis nobilitate ita etiam diuitijs plurimũ polles) sed chartaceo: ꝛ eo ꝗdem huiusmodi quo illustris genitor tuus Renatus.ij. Sycilię rex (qui pridẽ e secl'o migrãs hanc vitã cum coelesti cõmutauit) mirũ in modũ delectatus fuisset. Erat eñ optimarũ artiũ studijs pręstantiũ principum p̄stantissimus: & litterarũ litteratorũqꝫ amãtissimus: cui quicquid industrij ac sagacis acumẽ ingenij pręse ferebat dici nõ potest quantũ semp̱ placuerit. Neqꝫ eñ obliti sumus qua aurium clementia: ꝙ hilari vultu & ꝙ grato animo generalem orbis descriptionẽ: ac alia etiam litterarij laboris nostri monimẽta sibi oblata a nobis susceperit. Et quia cũcti passim p̄dicant per omniũ virtutũ gradus te ipsius vestigia insequi nulli principũ ꝙ tibi nostrã Europe chartã offerendã existimaui: qua prĩcipaliores Christianitatis regiones. oppida. vrbes. mõtes. flumina (vt quęqꝫ sita sunt) certis earundẽ distantijs obseruatis: non sine regum ac principũ insignibus hoĩm oculis subieci. Obsecro igitur supplex vt qualẽcunqꝫ hunc laborem nostrũ: vna cum cõpendiosa ipsius enarratione a Philesio cõcinnata: faustissimo nomini tuo dicatũ serena fronte excipere digneris. Quod vbi factum intellexero habunde mihi occasionem putabo datam, vt & indefessa cura quedã id generis iam inchoata absoluã: & alacriori etiã aĩo cętera obire nõ dubitẽ. Vale princeps illustrissime Ex oppido diui Deodati; Anno dñi. M. D. XI. Kl'. Martij.

renato

Inſtrūctio

q

Vam ſubita admiratione res prius non viſę: pri
mo mentis obtutu ſpectatores efficiant: noua-
rum rerum ſtudioſus nullus ignorat. & quēad
modum opera oīa ingenij ſagacitate elabora
ta: quæ ſtatim intellectui manifeſta pulchre ſe
offerunt magis oblectant: atq₃ a ſui amatoribꝫ
ſummo ſtudio excolunt: prēſertim ſi quicq₃ vtilitatis ac dig-
nitatis prę ſe ferunt. Ita ſane intellectui minus peruia & oc-
cultiora: ꝓxima ſunt faſtidio nauſeāq₃ mouent: niſi a quoq₃
ipā ſciente mox fuerint manifeſtata. Quocirca ad apertiorem
intelligentiā vſus & cōmodi prouenietis ex itineraria Euro-
pę charta: quę Coſmographię parum peritis: Gordij fortaſſe
vinculo implicatior: abſq₃ manuductione viſa fuerit: & ſi ſtu
dioſe ſuper intendētibus ipſa luce clarior cōſpiciat̄ manudu
ctionem hāc totius Europę deſcriptioni a Ringmā. Phleſio
homine plurime eruditionis cōſcripte pręmittendā duximus
vt quibuſcunq₃ charte huius ſcientię cupidis aditus pateat vl̄
apertiſſimus. Primo itaq₃ in hac charta intineraria intueri
datur quantū quæq₃ ab inuicem loca diſtant: ſub certa inter
medij dimenſione. Ita vt quiſq₃ intra ſuę habitatiūculę angu-
ſtias: ſpacioſam mundi partem facile emetiri: atq₃ oculis per-
luſtrare queat. Volens igitur certam quorūuis locorum di-
ſtantiam ſcire: aperiat circinum ſecundū locorum intercape-
dinem: quorū diſtantiam noſſe deſiderat: recurratq₃ ſubinde
ad ſcalam quæ in infima typi parte conſpicit̄: vbi puncta re-
cta collocata ordine milliaria deſignant. & quot apertus cir-
cinus puncta concluſerit: tot ſunt milliaria inter ea loca me-
diantia: Illud tamen ſummopere annotandū magnam eſſe
milliarium in protractione differentiam: paſſibus eñ emen-
ſa longe diuerſiſſima comperiunt̄. ſunt namq₃ Germanica.
ſunt Gallica. ſūt Hiſpanica. Et hęc eadē ipſa nequaq₃ ſibi in
uicem equalia inueniuntur. Quandoquidē in ea Germanię
ꝑte quā Heluetij inhabitāt: lōge maiora ſunt eis quę in Sue-

nia aut Baioaria numerantur. Ita etiam neq; leucę Gallicę si bi ipis vbiq; ęquales; neq; milliaria Italica semper paria repe riuntur. Sed pro locorũ discrimine ratio habenda est. Atq; hoc in itinerib9 per pũcta signatis pspicacissime dinosci poterit. Pũcta eñ lõgiuscule ac spaciosiori interuallo locata maiora; q̃ vero pauxillulo intermedio atq; cõpressius signata sunt minora milliaria denotant. vt facile videat: vbi minima: vbi cõmunia: & vbi maiora in vsu sint. Et pinde positę sunt in inferiori chartę loco quinq; scalę milliariorũ quid quęq; harum designet nũc quoq; edocendũ erit Milliariũ igit germanicorũ quę maxię diuersa habent: duę subsignant scalę. quarum prima vt sui inscriptione agnoscit. Germanię maxima milliaria designat. vt sunt in Heluetia. vbi emensum circino spaciũ si ad hanc cõferat scalam: reputatus milliariũ numerus mox apparet. si vero ad aliã recurrat scalam: quę est Germanicorũ cõmuniũ aut Gallicorũ: plura pter illius pintię estimatione milliaria pueniẽt. Altera scala milliariorũ germaię cõmuniũ est. Cõmunia germanię milliaria sunt quorũ. xv. vnũ gradũ facere putant: qualiũ est maior terrę circulus; ccclx quorũ gradũ qui in typi latere signati videñt: singulorũ locorum verã ab ęquatore distantiã (quę & dimẽsio latitudinis appellat) significat. Tertia est scala dietarũ Schlauonicarũ: q̃ nõ milliaria sed dietas suis pũctis denotat. de gentibus eñ in Schlauonia. Gualachia. Russia. Lithuania. Liuonia. Massonia milliaria nõ in vsu sũt: sed p dietas locorũ metiunt intercapedies. Quarta. Hispanica milliaria: atq; leucas gallicas pũctis suis cõpressius collocatis signat. vtũtur eñ Hispani & Galli milliarijs cõmunibus Germanicorũ multo minorib9 quare hęc ad ipsorũ sola vsum prestat. Quinta Italicis signata est milliarijs: vbi singulis punctis quinq; notantur milliaria: quę vnũ faciũt germanicũ: & hęc oĩm sunt minima. Vbi & illud obiter notandũ: signata per Italiã itinera germanicis annotata esse milliarijs nõ Italicis; q d' minus aduertẽti cõtro

tertiam pareret. Potest ergo quisq ex harũ cognitione scala-
rum: inequalia diuersarũ regionũ milliaria secernere & men-
surare distantias: dimensione sue cuiq puincie peculiari: alij
eñ ōlgioribꝫ alij breuioribꝫ milliarijs ad loca mensurãda vtũ
tur: que tñ si cõparent inuicem: vnam eandeq distantiã po-
nunt. Distantias insup locorũ directa linea metiri intelligen
dum est: citra oẽm viarũ ambaginẽ: que multipharia contin-
git. Aut eñ flumina interfluẽtia iter faciẽtibꝫ rectũ denegãt
pgressum: aut mõtosis in locis itinera modo sublime in fasti
gium exurgẽtia: nunc in ima decliue tendẽtia: intermedia nõ
plano atq indirecto tramite: auctiorẽ reddũt gressum. Sũtq
multa alia per ardua nitentibus & locorũ inuia impedimẽta
que multo circuitu viã adaugẽt: eoq distantiã spaciosiorem
reddere vident. Quãobrem sup addendũ quoq erit spacio: p
rectam lineã emenso. Sunt etiam positiones in quibusdã re-
gionibꝫ ad situm mediũ locate. vt in Gualachia. Hungaria.
Polonia. Schlauonia. atq Hispania. & non ad verũ sitũ sicut
in germania: Gallia: & Italia. Territoria pterea regiones aut
dominia diuersis coloribus sunt distincta: itinera quoq fre-
quentata ac cõmeabilia. ad totius Germanie: Gallie: & Ita-
lie loca primaria atq oppida. Ad diuũ etiã Iacobũ in Com-
postella cõtinuis ptracta sunt punctis milliaria designãtibus
vt facile perspiciat: vbi placidũ directa per planũ aut laborio
sum mõtanis in regionibus transitũ pbeant. Siluestria eñ lo
ca & que altius terre fastigiũ excedũt viridi ab alijs colore di
stincta secernunt: & vtrinq a lateribus mõtes ex scaturienti
bus fonticulis aquas fundũt per alueolos decurrẽtes: que plu
ribus quandoq riuulis influentibꝫ adaucte in maximũ cre-
scunt amnem: amplioribus ripis quibusdã in locis stagnantẽ
aut crebris subinde flexibus in mari tandem pfluentem. His
cõsideratis liquido constat: quas quiq fluuij regiones irrigãt
quas discerminent: & que preterfluant oppida orbiculis vn-
dequaq designata. Et hec ipa tanta depicta sunt solertia. vt

ciuitates.montes.& flumina transeunda. itinerantiū obiecta sunt oculis. Cæterū si quis cognitis ex hac Europę pictura locorū quorūcunqȝ distantijs scire velit in qua mūdi parte quęuis vrbs aut ꝓuincia sita sit. ne ae q̄ occidētē versus vergūt orientem spectare videant̄: aut que septētrioni sunt propiora ad meridiē posita credant̄: horologiū in inferiori chartę margine depictū aduertat: cui si verū horologiū supponat̄: vertat qȝ charta quousqȝ gnomon (qui ꝓpter magnetis contactū perpetuo septentrionē indicat) conformiter in vero atqȝ picto stare videatur: tunc charta & omia in ea depicta: vt re ipa sita sunt posita conspiciunt̄. Quo fit vt etiam vie ignarus ꝑ terram incognitā ex sola chartę huius noticia: ad ꝓpositū suę peregrinationis locum sine omi inqsitione ꝑueniri poterit. Sed quia de signatis Europę finibus mentionē hucusqȝ fecimus: nunc de eiusdem principibus & eorum dominijs: quorū insignia peculiaribus titulis decorata: ꝓprijs notata coloribus: in plenis typi marginibꝫ collucent. Ex quibus & pontificalis a deo cōcessa potestas: quę potissimum ac sola in hac mundi parte obseruat̄: & secularis terrę gubernatio cognoscit̄. In medio namqȝ insigniū Christiani orbis regum: insigne pōtificis maximi ac Christi vicarij locatur. Huic ad dexterā: summū mundi caput: dominūqȝ terrę principibus principantē: Cæsarem Rhomanū armatū atqȝ pallio vestitum locare libuit. Sub quo electores: sacri imperij colūnæ: feudatarij: ac magni duces extra imperiū: suis insignibus atqȝ titulis depicti sunt. Altero in latere Christianissimus francorū rex: cum sui regni procerū insignibus obseruato collocatus est ordine Et hęc pro rudi chartę nostrę itinerarię intelligētia sufficiant Vberiora: lectioneqȝ nminime indigna in sequenti Europę descriptione comperies.

Manuductionis in chartam Europę finis.

Philesius Vogesigena Martino Hylacomilo S.P.D.

c Vm Cosmographię noticia non parū conduci bilis esse inueniatᷣ: plurimū tibi deuincis Martine studiosorū pectora. qui cum pridem generalem totius orbis typum dedalissime publicaueris: & non paruo iam tempe in describendis tabulis Ptolemei magnā locaueris operam: putans id satis nō esse: nunc solam Europā latissime extensam hoīm oculis cōspiciendā miro ingenio parare voluisti. Ita vt partiales puintie: mōtes: flumina: ciuitates Hispanię: Gallię. Britanię. Germanię. Italię. Polonię. Hungarię. Bohemię. cęterarūq̃ Europe regionū paucis dūtaxat exceptis quę hac in area tetragona cōprehendi non poterant sub certa dimēsione: & miliariū ab inuicem distanria clarissime intueri liceat: adiectis omīq̃uaq̃ ad latera Cæsaris. regum. principum. ducum. cęterorūq̃ potentatuū armis (quę pprijs ac veris coloribus distincta conspiciunt) non sine labore cōquisitis: quæ oīa sunt allatura vtilitatē pariter ac voluptatem non modicā spectatoribus talium rerū studiosis. Egdem hunc ipm Europę typum inspiciens & ppendens q̃ valida sit Hispania: q̃ opulens & bellicosa Gallia: q̃ ampla pariter ac populosa robustissimorūq̃ ferax virorū Germania: q̃ fortis Britānia: q̃ audax Polonia: q̃ strenua Hungaria. & (vt alia pleraq̃ regna nō poenitenda ptereamus) q̃ diues & amnimosa rerumq̃ bellicarū perita Italia: non potui non multū dolere acerbissima. pniciosa. & funesta bella a nostris geri principibus: qui continuis dissidijs: & priuatis odijs inter se de agri possessione. de regno. de imperio. de gloria cōtendentes dum domi dissident. a Thurca & fidei nostrę hostibus Christianū sanguinem effundi. vrbes deleri. vastari agros. sacras ędes incendi. rapi virgines. violari matronas: & quecūq̃ immanissima scelera perpetrari patiunt. Qui si huiusmodi graues periculosasq̃ seditiones ini

micitias & simultates tollerent: si vnanimes essent & pacem inter se haberent: coiunctisque viribus aduersus comunem hostem arma sumerēt: facile toti orbi frena imponerent: et Christum qui in Europa dūtaxat: nec in ipsa quidem tota colit:
p̄s.lxxvi. (sicut ante aduentū Christi notus solum in Iudea deus) omnibus gentibus p̄berent colendū. Sed quid laterem lauo? Cum mihi p̄sentata esset hec Europe pictura: eamque omiquaque oculis lustrarem: & nō mihi modo plusque queat dici placeret: verumetiā a clarissimo atque doctissimo viro Andrea Reginio mirificis laudibus extolleretur: putaui me rem tibi & plerisque alijs harum rerum studiosis nō ingratam facturum: si breuiter atque in transcursu quodam: insigniores Europe regiones: ciuitates, montes, flumina attingeremus: eaque ita in libellum collecta ad te mitteremus: vt si tibi ad rei intelligentiā nōnihil conducere visa fuerint pro libitu addas: demas corrigasque & vna cum ipso typo in lucem prodire patiaris. VALE. Cursim ex Nanceio.

Non inconueniēs fuerit anteaque rem aggrediamur: paucis prefari quo ordine: & quot capitibus rem simus tractaturi: quidque singulis capitibus continebitur.

Nouem igitur capita scribemus. Quorum
Primo tractabitur de terra: ipsiusque partitone: & quędam de Europa.
Secundo de Hispanijs
Tertio de Gallijs
Quarto de Britannia
Quinto de Germania
Sexto de Italia
Septimo de Sarmatia & græcia
Octauo de insulis
Nono de dominis: eorumque insignibus ac armis.

CApũt primũ de terra: ipiusq; ꝑtitione & q̃dã de Europa.

s Cire cõuenit oẽm terrę ambitũ: si ad celi spaciũ cõpares: pũcti obtinere rationem. Ita vt vniuersa hęc terra ad cœlestis globi magnitudinẽ collata: nulli us prorsus quãtitatis indicet̃. quod multiphariã astronomicis demõstrationibus ostensum est. Et huius q̃dem tam exiguę rei quarta vere portio. nõ cooperta aquis. diuino munere a nobis animãtibus incolit̃: in tres partes diuisa. Europã. Aphricã. & Asiam. De Aphrica & Asia nihil ad p̃sens institutũ Europã solũ sũmarie describendã suscipimus. de qua notiora q̃dam q̃ fieri poterit breuissime in mediũ afferemus. Sunt igit̃ qui eam ipam nomen suũ sortitam volũt a filia regis Agenoris eius nois: quę dum virginibus Tyrijs comitata marino in littore puellari studio luderet & canistra floribus stiparet: ab Ioue in Thaurũ niueũ verso rapta. illius tergo insedisse: & per ęquora ponti in Getam delata: terrę cõtraiacenti (hoc est Europe) nomẽ indidisse credit̃. Europa vñ dicat̃

Quę q̃dem Europa si integre. nullis sui partibꝫ omissis. sub oculos constituat̃: piramidis figurã pręse ferre videt̃. Conum habens ad occidentẽ. vbi maxime exacuit̃: basim vero orientẽ versus vbi dilatat̃. Claudit̃ ab occidente mari Athlãtico: a Septentrione. Britãnico. & Germanico: ab oriente Thanai fluuio. Meotide palude et Ponto. a Meridie mari mediterraneo atq; in partibus maxime occidentalibus pene fines Lybie attingit. Adeo enim ipsum mare mediterraneũ vbi Herculeũ vocatur: contrahitur. vt vix septem milia passuum in latitudine habere dicatur. Quidam montẽ Aphricę Abilã: & Calpen Europę: olim iugo ꝑpetuo iũctos fuisse aiũt: sed Herculẽ diremisse colles: atq; ita exclusum ante mole mõtiũ Oceanũ ad interiora ac mediterranea quę nũc inundat: admissũ. Hos mõtes ꝓcul spectantibꝫ geminas colũnas videri tradunt. mare herculeum.

Principaliores Europę partes sunt. Hispania. gallia. germa- Europæ partes

nia.Italia: Grecia.& Samaria quę est circa Thanaim. Extrema regio ad occasum est Hispania. de qua capite sequenti: aliqua dicenda veniunt.

Caput secundũ de Hispania.

Hispaĩa. HISPANIA (quę et Hiberia & Hesperia ab eruditis nominat̃) comparanda est (vt ait Solinus) plagis optimis: neq; vllis posthabẽda : vno tantũ Pirenei montis dorso adhęret Gallię: reliquis ꝑtibus vndiq; in orbem mari cingitur. Hominũ genus habet clarissimũ et ditissimũ. ibi Tagus fluuius harenas auriferas trahit. Vnde & Strabo dicit aurum. argentũ. ferrum. nulli terrarũ nec tantum. neq; tam probatũ generari hactenus compertũ esse. Est autẽ in Oceani ad mare nostrũ ingressu : prope erumpentẽ

Gadis. Betim Hispanię fluuiũ insula: quæ GADIS dicitur: a nonnullis Erithrea & Aphrodisia & Iunonis insula nuncupata: virorũ dignitate excellens. Hispanię pars vna Bethica dicit̃:

Regnũ granate. quod nunc regnũ granate vocant: vrbem habens eiusdẽ nominis maximã: munitissimã: bellicosissimã: opulentissimãq; quã nunq; antea a Christianis debellatã: nostro ęuo rex Hispanię Ferdinandus Sarracenis: qui in occidente grassabant̃: decẽnali obsidione & bello abstulit: Christianitatiq; adiecit. Anno a natiuitate Iesu Christi dei. opti. maxi. M.CCCC.

portugallię. XCII. Sequitur LVSITANIA: quam modo Portugalliam vocamus: vbi oppidum Olisipone ab Vlysse conditum: cuius & Solinus & Strabo meminerũt. Vnde hoc tempore (quod nullis auditũ seculis) classes gloriosi principis: Emanuelis Lusitanię sceptra moderantis: nõ sine magna omniũ admiratione oram soluentes extensis in Aeolios spiritus Christi vexillis nunc ad Antipodas & terræ Hypogiũ penetrant: nunc ꝑmeant ad Austrũ et brumę solstitiũ transcendũt nũc ad exortus citato cursu vltimos Aphricę Nomadas: Ga

ramantes:Aethiopes:Arabes:Persas:victricibus signis eleua tis post terga relinquunt:& tandē ad Macrobios perueniunt: Taprobanitas:& Cananoritas:milleq; alia nobis sine noībꝫ loca. Hinc mercibus onuste redeuntes non sine leticia ac magno applausu optatis littoribus suscipiunt. Qua de re vndequaq; doctissimus Mirandulæ princeps Io. Frāciscus Picus in hymno ad Christum ita cecinit.

Quin & Vlysseo nuper de littore soluens — Picus
Nauta per infidum pelagus:per Atlantica regna
Discurrens:viridiq; iugo post terga relicto
Arctoi relegens contraria sydera currus
Pertulit Aeoos tua rex vexilla sub Indos

Hinc subit Tarraconēsis:quę nūc Arrogonia siue Cathalonia dicit:tertiū Hispanię regnū:cuius vrbs nominatissima est Cesaraugustana. Sunt & alia Hispanię regna:inter quæ regnū Gallicię longe lateq; vulgat ꝓpter cōmunem peregrinationem ad Diuum Iacobū apostolum: qui in ciuitate Nouio (nunc Cōpostella) quiescit. Præterea regnū Castellæ & Legionis:mēorabile reddidit Alphonsus rex prudentissimus:qui tabulas motuū celestiū corporū magno ingenio parauit. Flumina Hispanię nobilissima sunt Tagus: qui ob harenas auriferas cæteris prefertur. Hiberus: qui toti Hispanię nomen dedit. Betis vnde Betica prouintia nomē est sortita. Et hęc quidem de Hispania sufficiant. Nunc propositam nobis breuitatem sequentes Galliam describemus.

Cathaloniæ. Gallicię. Castilię.

CAPVT TERTIVM De Gallia.

Galliarum altera cisalpina est: altera transalpina: Transalpina quę ab Italis Cisalpina dicitur: ab vsu togę Togata Gallia nominatur: in transpadanam & cispadanam diuisa. Cisalpina quā Itali transalpinā vocant:quæ vno nomine comata dicit: in tres — Gallia.

diuiditur partes amnibus maxime distinctas. Belgicã. Lũgdunẽsem. & Aquitaniã. Ptolemeus addit Narbonẽsem ad mare mediterraneũ quæ & Bracchata dicit. BELGICA: a Scalde amne ad Sequanã. Ab eo fluuio ad garũnam amnẽ Lugduñ. cui Lugdunũ insignis ac vetustissima vrbs nomen tribuit. Inde ad Pirenei mõtis iuga Aquitania q̃ olim Aremorica vocabat: qui huic regioni finitimi Hispani sunt Celtiberi nuncupant. Terra est frumenti p̄cipue et pabuli ferax. tẽperato calore: fœlicibusq̧ & tẽpestiuis hymbribus ad omĩa frugũ genera satis fecũda: noxijs aĩalibus minime freq̃uẽs: flu minibus te fontibus irrigua: duobus magnis fluuijs Rhodano & Sequana insignis. Quã ita Bap. Mant. Carme. in vita diui Dyonisij circũscribit pariter & celebrat:

trina gallice ptitõ

Celtiberi

Mantuanus.

Gallia terreni pars est nõ infima mundi:
Sed longe lateq̧ patens Hispanica tangit
Oppida ab occasu: sese coniungit ab ortu
Italię: nostro hinc pelago qua respicit Austrum
Clauditur: Oceano geminas vbi respicit vrsas
Vnde venit Boreas Hybernaq̧ frigora surgunt
Et vada Theutonici tangit vastissima Rheni
Terra hoĩm pecudumq̧ ferax: armenta gregesq̧
Vberibus pascens glebis: nõ languida cœlo.
Tabifico: nõ mortiferis infesta venenis
Vt Lybie: non perpetuis adoperta pruinis
Sicut Hyperborei montes: non torrida ab ęstu
Qui faciat steriles vt decolor India campos
Non etiam noctis pallens semestribus vmbris
Quale sub arcturo positum mare: & vltima Tyle
Sed neq̧ vt Aegiptus perfusa palustribus vndis.

Particularis gallię diuisio

Particulares gallię p̄uincias qui distinguere velit occurrũt maxime insignes: Frãcia. normãnia. britãnia minor. turonia: picardia. p̄uincia. delphinatus. burgũdia. lothringia. Atq̧ vt oĩs gallia habeat distinctior: nõ absurdũ fuerit scire. xiij. in ea esse archip̄sules: qui reliquis per totã galliam ciuitatibus: cir

citer centū principant. Archipsules hij sūt: Remēses: Senonen Rothomagen. Lugdunen. Bisuntin. Vien. Tātasien. Ebredu nen. Aquen. Arelaten. Narbonen. Bituricen. Toronen. Bur degalen. Auxitan. Post quos longo qdem tpe supra nostra3 memoriā: Tholosanus: & nostra etate Auinionen. archipsula tus eminentiā accepere. Insigniora loca gallię belgice sūt hęc. Rhemorꝝ ciuitas vbi Francorꝝ reges iniciant. Rhotomagus S. Dionisius regū francorū sepulchrū. Cathalaunū. Barrum. Nanceiū. Metis. Tulliū. Dola. Saline: vbi fons emicat vn cā didissimus sal conficit. Lozana. gebēna. Celebres Belgarū fluuij sunt. Sequana. Soma. Sara. Lisa. Scaldis. Enna. Mosa. Mosella. Dubis et Ararq & sogona. CELTICA decorat vrbibꝰ infra designatis. Lutetia Parhisiorū senone: altissiodo ro: duuone: lugduno: ebreduno: viēna: gratianopoli: arelate: massilia: aquis sextijs: foroiulio: nicea: mōtepessalano: niuer no: clugniaco: castiliōe: aureliano que & genabū olim dicta ebroica: lexouio: falesia: cadomo: cenomānia: mauritania: ver none: multisqꝫ ceteris ciuitatibꝰ oppidis ac castellis: q nimis longū esset singillatim enumerare. Fluuios habet noīatissi mos Sequanā. lygerī. viennā. lonā. obā. rhodanū. sorcā. durā tiam. aliaqꝫ mīora flu. q ex alpibꝰ in rhodanū excurrūt: vl ex Aruernorū mōtibus in mare ad Narbonē deferunt. In Aq tania celebriū locorū hęc noīa sunt Biturix: magdunū: clarus mons. caturcū. rutenū. mōtelbanū. tholosa nobile pōtificij ci uilisqꝫ iuris gymnasiū. fuxus. morlanū. baiona. vtica. limosū. turonus. blesa. lodeua. luxiona. xantona. condona. burgus. li burna. burdegala. taliburgus. manetū. et vltra lygerim brito nes attingētia. fongera. lambala. dola. Omittimus multas ci uitates oppida & castella: q tam adtutamē qꝫ ad ornamentū gallia affatim habet. Irrigat Aqtania noīatissimis fluminibꝰ Lygeri. lalerio. caro. chalonto. dordono. garūna: qbus cōplu tes admiscent fluuioli. Et hęc pfecto gallię loca omia (auctore Rober. gaguino) p cuiusqꝫ regionis conditione culta sunt. De gallis apud magni & excellentis ingenij virū Symphoria

Archipsules galliç.

Belgarū fluuij

Celtica.

Celtica fluuij

Aqtania

Aqtanie fluuij

num Camperiũ in libro de vita celitus comparanda legitur: Lugdunenses esse cęteris ingeniosiores. Delphinenses fortiores. robustiores. animosiores. & in armis strenuos. Forẽses vanos. ingeniosos tamen & subtiles. Aluernigenas inhumanos Limouicenses astutos: et moribus minus vrbanos. Gascones & Vascones ad verbera prõptos. Normãnos alijs corpulẽtiores & loquaciores. Picardos cerebrosiores. Non est aũt indignum notatu inter celebres Gallię ciuitates septem esse: vbi habentur consistoria: quæ Parlamenta vocant. LVTETIA Parhisiorũ nobilissima ac maxima Gallię ciuitas Frãcorũ regum primaria sedes: quã Sequana fluuius intersecat. Gymnasiũ habet om̃is generis studiorũ orbe Christiano celeberrimũ: docta vbi Cecropias exercit Pallade mentes. Theologia nitens fidei splendore ꝓbare. Sunt qui solũ eam Gallię ꝑtem quæ est circa hanc vrbem Franciã dici contendũt: voluntq; Francorũ nomen significare ferocem vel nobilem: vel liberatũ. Rhotomagus ciuitas Metropolitana. Est hæc vrbs ad ripã Sequanę in Normãnia sita: qui ducatus id nomẽ habere credit: quod homines a septentrione profecti regionem occupent. North em̃ Dauorũ lingua septentrionẽ: man vero hoĩem signat. Prouincia hęc (auctore Roberto Gaguino) vna metropoli: & sex vrbibus: quatuor & nonaginta munitissimis oppidis atq; arcibus potens est: plerisq; etiã vicis frequens ad ciuitatũ speciem extructis: quã sexto vix die expeditus ꝑtranseat: pomorũ atq; pirorũ tam passim cõferta vt potum sibi hinc exprimat gens bibax pomacij qđ sycerã vocãt Populũ habet suapte natura callidũ: doliq; & litis apprime gnarum. Tolosa quę litterarũ achademiã habet studio vtriusq; iuris celeberrimã. Burdegalia quę etiam vniuersitatẽ habet non ignobilem. Gracianopolis in delphinatu est: cuius quidem regionis tria dicunt esse mirabilia. Primum est fons ardens. Secundũ turris in qua nullum animal veneneficum viuere potest. Tertium mons ad nostra vsq; tempora inac-

Lutecia. Rhotomagus. Tolosa. 3 Burdegalia. 4. Gracianopol. 5.

cessus. Quę tamē anno supiori quidā nobilis Lotharingus: nomine Iulianus ascendisse dicitur.

Aquis in ea Gallię parte quā Cęsar puinciā appellat. Aqs.vi.

Diuio in Gallia Celtica vrbs nequaq̄ cōtemnenda. Diuio.7

Sunt & alię vrbes in gallia litterarū gymnasijs conspicuę prętęr Parisieñ. Tolosañ. & Burdegaleñ. Vt Aurelianum: Pictauis: Cadomus: Mons pessulanus: Auinio: Valentia.&c

Neq̄ desunt cæterę ciuitates: si non parlamentis vel achademijs: magnificentia tamen ac pulchritudine: alijsq̄ rebus non parum celebres: quarū nōnullas subijciemus.

LVGDVNVM gallię ciuitas est famosissima Viennæ Allobrogū metropoli finitima: situs oportunitate & aliarū rerum admiratione dignissima: quę in quocunq̄ laudis genere cum quauis alia: nō modo earum quæ hac tempestate inter gallię vrbes prędare atq̄ celebres habentur: verūetiam cū omni possit antiquitatis memoria cōtendere. Visitur hic ara eximię dignitatis gentium sexaginta numero inscriptum habens titulū: de qua est illud Iuuenalis. Aut Lugdunēsem rhetor dicturus ad aram. Rhodanus fluuius: vnus inter tres Europę maximos cōputatus: ex alpibus se rapiens: perq̄ lacum Lemannū decurrens hic Arari cōmiscetur. Lugduñ. Rhodanus

MASSILIA clarissima Gallię ciuitas eximię magnitudinis in loco petroso prope hostia Rhodani in littore maris sita est: cui portus subiacet pulcherrimus: arcem habens pugnatissimam. Massilia

GEBENNA nominatissima est Allobrogum seu Sabaudiensium ciuitas: magnitudine pulchritudineq̄ ac frequentia ciuium celeberrima. Paret hęc duci Sabaudię. Est autem Gebēna.

SABAVDIAE ducatus: magnę estimationis: nec minoris valoris: comitatus Ro. Impe. regio prorsus montuosa Helnetiorum finibus proxima. Hanc sequitur Sabaudia

BVRGVNDIA quę duo habet populorū genera: Heduos. s. & Sequanos. Suntq̄ duo in ea principatus: quorum Burgundia.

vnus est ducatus: alter comitatus. Terra antiqua nobilitate celeberrima: armis potens: læta agri munera ferens. Et hic ducatus est Rho. Impe. Post quam subit.

LOTHORINGIA ducatus: & vna ex quatuor Rho. Impe. columnis. Oppidum habet Nanceiu longe munitissimum: nobilissimoru principum sedem. Notissima est toto terraru orbe insignis victoria Renati. ij. Sycilię regis: Lothoringięq ac Barri ducis: qui (vt verbis vtar eloquentissimi viri Io. Aluysij Crassi Calabri) coactis robustissimis Heluetioru copijs: ac Sigismudo archiduce Austriæ: fidelissimisq Argentinensibus: & cæteris Alsatię magistratibus: suppetias tormentaq bellica iure fęderis subministrantibus: Carolum Burgundię principe: hominu illum horrorema: Lothoringiam ferro igniq depopulante: & id oppidi arctissime obsidentem: iamq de deditione agitantem: tanta animi alacritate adortus est. vt omi delecto exercitu ipius: duceq antea inuicto occiso: non solum Gallos & germanos (quibus Burgudus terrori fuerat) sed vniuersam Europam (quæ illius potentiam expauescebat) momento teporis metu liberauerit. Qua de re Christo opt. maxi. fauente his diebus in lucem pdibit.

Ioanes Aloysius

NANCEIS pręstatissimi poetę Petri de Blatoruio Parhisien. heroicu opus sex libris distinctum: annotatiunculis nostris hincinde vbi vel vocabuli raritas vel sensus sub obscurior expostulauerit declaratu. In quo non parum multa de huiusmodi Renati victoria: & claris Caroli facinoribus graphice descripta videbutur. Vt aute ad Lothoringia redeamus. Habet hęc regio argentifodinas non paru nobiles in monte Vogeso: habet quoq fontes amaros: ac eos quidem vberrimos ex quibus salem coquunt candidissimu. Nec desunt piscosi lacus: non therme: non pleraq alia de quibus nimis longum esset dicere. Ego quidem hanc puinciam Germaniæ

ascripsissem: tum quia vt diximus columna est Rho. Impe. (cuius duas clarissimas in se habet ciuitates Metensem scilicet ac Tullen̄) tum etiam propter linguam germanicā: qua nō parua Lothoringiæ pars vtitur: in eo presertim tractu quod vascum regnum appellāt. Verum quia Vogesus mons Lothoringos partim a germanis seiungit: & prīceps regionis ducatum Barri possidet: qui a regno Frācie dependet: cōmodius Gallię tribui posse putauimus. Sunt etiam multi alij in gallia clarissimi principatus. vt ducatus Andegauensis. Aurelianen̄. Borbonij. Niuen̄. &c. Comitatus quoq; Armeniaci Haricurię. Blesen̄. &c. qui proprij voluminis magnitudinē exposcerent. His igitur cursim de gallia dictis: festinandū nobis ad alia.

CAPVT QVARTVM DE ANGLIA SCOTIA. ET HIBERNIA.

g Allia ad Aquilonem habet Britāniam insulam q̄ olim Albion ab Albione Neptuni filio: nūc Anglia dicitur. de qua Solinus Finis erat orbis: ora gallici littoris: nisi Britānię isula magnę amplitudinis: nomen pene alterius orbis mereretur. Anglia

Cæsar libro cōmenta. quinto. Britāniam triquetram esse scribit: eiusq; circuitum putari esse quadragesies octies septuaginta quinq; milia passuum. Virgilius item Britannorum memoriam faciens dicit. penitus toto diuisos orbe Britannos. Hanc sequitur.

HIBERNIA quę modo Scotia dicitur: dimidio minor q̄ Britannia: ab Hyberno tempore ita vocitata propter hyemis magnitudinē. in qua nullus anguis: auis rara: gensq; bellicosissima esse fertur. Est & alia insula inter Britan

Mona; niam & Scotiam quę Mona appellatur:pluresq; minores in
quibus tradunt dies continuos triginta : ſub bruma eſſe no-
Tyle. ctes. Harum inſularum omnium vltima eſt Tyle: in qua
nullę ſolſtitio noctes ſunt:ſole cancri ſignum tranſeunte:nul-
liq; ecõtrario per brumam dies. A Tyle vnius diei nauigati-
one mare concretum eſt:quod a nõnullis Croniũ appellat̃.

CAPVT Quintũ de Germania.

germaīa GErmania non ſolum a Tacito:Strabone: Soli-
no:Plinio informis terra:triſtis cultu:horrida a-
ſpectu:aſpera cœlo : deſertaq; & barbara eſt ap-
pellata : ſed etiam poſteriores rerũ ſcriptores ple-
riq; omnes parciſſime de Germania loquuti ſũt
tanq; extra orbem ea natio iaceret. Quamuis vero inſtitutũ
noſtrum ſit de ipſis Europę regionibus q̃ fieri poteſt breuiſſi
me nõnulla in medium afferre: dabitur tamen fortaſſe nobis
venia:& aliquis gratiam habebit: ſi propoſiti metas quantu-
lumcunq; egreſſi:in nominandis huius regionis prouincijs:
& famoſioribus montibus:fluuijs: ambitioſiſq; ciuitatibus
(quorum ſplendore nihil in tota Europa eſt : quod vincere
poſſit) paulo ꝓlixiores fuerimus. Ingenue quidem fatemur:
Germanie gentem longo tempore barbaro & paſtorali ritu
fuiſſe vſam:quæ poſtq; idolorum cultum reiecit: religionem
ſuſcipiens catholicam: quantũ mitior facta : quantũq; inge-
nijs & bonis artibus creuerit:nemo eſt qui ignorat.
ſarmatas Regio eſt latiſſima:ab oriente habens Sarmatas & Pan-
Polonos nonios inferiores. A meridie alpes:ab occidente Gallias:ad
& Pãno- aquilonẽ Oceanũ germanicũ:& mare Baltheum : quod &
nios infe- ſueuicum & pigrum & ſaturniũ appellat̃.
riores nũc Amnes habet totius Europę clariſſimos Rhenum et Da
vocamus

nubiam. Initium igitur huic enumerationi pręstabunt loca Rheno proxima qui est flos germanię. Hic in Adula monte fontes habet Strabone & Ptolemeo testibus: cuius vicina in cōuallibus & mōtibus abruptis primi colunt. hūgaros.

HELVETII genus hominū robustum atq; bellicosum finitimisq; ac circūiacentibus omnibus timendum quos nemo domi tenuerit: si militantibus merces offerat. Caput gentis est Berna. Heluetij

RHENVS Itaq; Curiensem percurrens agrum nauigabilis efficitur. Mox lacum efficiens Nantuate: Constantiam vrbem relinquit cōcilio Martini quinti insignem: deinde flexuoso littorū amphractu: terribiliq; fremitu: ac crebris elationibus per scopulos incitatus alueum exacuit: et per Augustā Rauricū (hodie Basileam) nobilem vrbem defluit. Argentoratenses. Spirenses. Vormacienses. Maguntinenses ac Vbios pręterfluēs germanię non gallię populos. Vtramq; enim Rheni ripam germani accolunt: quod & ipse Ptolemeus nō nouus sed antiquus auctor (cuius testimoniū omnibus est receptissimum) velle videtur: qui ex hoc Rheni latere germanię inferioris ac superioris partes esse ponit: dicens. Ab Obrinca fluuio ad meridiem vocatur germania superior: in qua sunt ciuitates Nemetum quidem Neomagus & Ruphiana. Vanginoū Bertomagus et Argentoratū. Cui quidem rei astipulatur etiam Plinius qui libro quarto cap. xvij. Tribocos: Nemetes: Vangiones: Colonienses & qui insulas Rheni incolunt Germanię populos esse dicit. Nōnullis vero suę nationi nimium fauentibus: neq; attendentibus Aristotelem in Ethicis dicere amicis etiā existentibus honore pręferendam esse veritatem: placet sine rubore de rebus exeris mentiri: ne suis titulis derogent. Hij sunt qui imperitissime ac falsissime (vt ait Aeneas Siluius) Gallię attribuunt supradi- Rhenus.

ctas ciuitates in littore Rheni occidentali sitas. Cum vel integras prouincias quę cis Rhenum sunt (vt Heluetiam: Alsatiam: Luzelburgiam: Flandriam: Hānoniam: Brabantiam: Geldriam: Selandiam: cęterasq́ʒ) Germanicas esse constet: quarum omniū mos & sermo theutonicus est. Ad quā rem etiam preter innumera alia (que adduci possent) facere videtur: quod apud nullū receptum auctorem Rhenus gallię: sed apud quoslibet germanię fluuius esse legitur: qui multis assumptis amnibus Meno.s. Limago: Mosella: Mosa: alijsq́ʒ in germanicū oceanū duobus effunditur hostijs: factis insulis quarū aliquę a Frisijs: alię a Sicambris. id est Geldrensibus: alię a Batauis: hodie Hollandinis incolunt. Huius meminit doctissimus princeps Ioannes Franciscus Picus Mirandulę dominus in carmine de misterijs crucis vbi inquit.

Picus

Hac Rhenus liquidi deuoluit fluminis vndam
Rhomani toties qui expertus militis arma
Ingentes paruo Tibri supponere lymphas
Pertulit: & Latiam vectare per ęquora puppim
Oceani bifido percellens vortice fluctus.

Et paulo post: vbi lacus Cōstantieñ mentionē facit: subiūgit

Inde humilis: tumidusq́ʒ: voraxq́ʒ euoluitur: inde
Plenus & exiguus: rectus: sinuosus in orbem.
Labitur: hinc sumptis Basileam diuidit vrbem
Fontibus: ac vasto defertur gurgite: & alti
Vorticibus magnis contingit tecta Brisachi.
Aduersam cęsa qua nectunt abiete ripam.

Prima vrbium opulentarū & famosarum in ripa Rheni occidentali sita est.

Cōstātia

CONSTANTIA: Vitudura quōdā nunc cupata: circa quā Rhenus lacum efficit amęnissimū multa oppida: castella & vicos vndequaq́ʒ in ripis habentem: quam vrbem vt ait clarissimus Mirandulæ comes.

Constantini proles orientę subacto.

Occiduas repetens stellanti murice terras:
Condidit: & proprio signauit nomine: cuius
Principis (vt perhibent) demissus sanguine Picus:
Picus: harenose genitus prope flumina Syde.

BASILEA ciuitas ampla quidem ac clarissima: quę quāuis ἀπο του βασιλεως vel ἀπο της βασιλειας id est ab ipso rege: vel regno nomen habeat: nostra tamen ętate ab imperatore & imperio regnoq3 Rhomano desciuit Heluetiorum cōfederationi adiuncta. Hæc olim augusta Rauricum appellabat. Floret in presentia bonarū artium gymnasio haud ignobili. Hanc sequitur Basilea.

ARGENTINA: magnifica mediusfidius ac nobilissima ciuitas: quam Ptolemęus gręce Argentoraton vocat: prętermiramenitatem et miram ciuium vrbanitatem templū habet insigne: cuius turris est celatura & varietate imaginū ornatissima, altitudine quingentos excedens cubitos. Mirandū profecto tantā molem tam alte erigi potuisse. Sita est hec vrbs in Argentina.

ALSATIA: germanici iuris prouintia: quæ multis inclyta est municipijs: inter que longe lateq3 nominant Colmaria & Seletstadiū. Eius regionis planicies pascuis lętis: & larga frumenti copia laudatissima est: inter Rhenū flu. ad orientem & Vogesum ad occidentē protensa: totusq3 tractus firmissimo ac dulci vino celeberrimus in pede & iugis Vogesi mōtis: quē alij transpositis literis g. & s. Vosegū: alij corruptius Vosagū media pducta appellare cōsueuerēt. Latus ipius orientem spectās: percq3 vtilissimū amabilissimūq3 est ppter Bachi munera. Nam hinc Bauari: Sueui p̄dulcia dona Lyei Potum Theatoniæ pars quoq3 magna capit. Hinc subeunt: Alsatia. Vogesus

SPIRA & VORMATIA pontificales vrbes: post q̄s. Spira.

MAGVNTIA vrbs metropolitana: cuius archiepiscopus ad imperatorem Rhomanū eligendum prestat suffragia Magūtia Vormatia.

Paulo longius a Rheno est oppidum

LVCENBVRGIVM maximū ac munitissimū. Est & Lucēburgium.

Treuiris. TREVIRIS vrbs antiqua ac olim opulentissima: cuius archiepiscopus quoq; est elector imperij e septem dignissimus.

Colonia COLONIA Agrippina dicta a M. Agrippa: Vbiorum ciuitas clarissima ac maxima: cuius archiepiscopus Rhomanum elegit imperatorẽ. Mirum est quanta ibi ciuilitas: quæ vrbis species: quæ virorũ grauitas: quę denicq; mundicia matronarum. Studium est in ea vniuersale: inter gymnasia Germanię celeberrimum.

Aqsgranum. AQVISGRANVM Caroli magni sedes: vbi imperatores primã coronam & imperij auspicia capescere solent: quod a Carolo magno statutum hodie obseruat̃. Sequunt̃

Brabãtia hãnonia Flandria BRABANTIA Hannonia: Flandria: terrę diuitiarum negociationũq; celebritate conspicuę: quarum ciuitates sunt ambitiose. vt

BRVXELLE: Niuella.

ANTVERPIA vbi emporiũ est belgis non ignobile

BERGA Machlinia Leuen litterarũ gymnasium Boscusducis. & cętera florentissima oppida

Gulia. GVLIA ducatus est non parum celebris: qui latine Iuliacus dici potest.

Geldria. GELDRIA cuius incole Sycambri dicuntur. De quibus Martialis. Crinibus in nodum tortis venere Sycambri: Primariũ in ea oppidum est Nouimagium. Cętera sunt Armeni & Vuali.

Martial.

Cliuia. CLIVIA quoq; ducatus hoc loco est in quo ĩsignia sũt oppida: Embrica: Rees Vuesalia &: Calcar

hollãdia HOLLANDIA germanię prouincia Batauorũ insula appellatur. quam Cæsar. in cõmen. Mosam fluuiũ accepta Rheni pteq̃ Vualis appellat̃ efficere dicit. Regio palustris:

Cæsar.

pascuosa:pluribꝰ stagnis & maris intersusa finibus. Pręcipua eius ciuitas Doldracēsis habetur:ea est egregie munita: diues opum:negociationiq; maxime accōmoda. Est & Brielū oppidum non ignobile in peninsulę modum aquis circundatū preterea Leidis:Harle:& Ansterdāmus Vltimi germanorum ad septentrionem & occidentem versi :sunt doldracū

SELANDINI Insulares populi Rheni ostijs obiecti.apud quos ciuitas est Mittelburgeñ. Incolę huius regionis & etiam Hollandię telas ordiunt̄ tenues & candidissimas:quæ ad exteras exportatę magni existimāt̄. Est hic maxima copia anserum & marinarū volucrum:quę ad finitimos & procul etiem habitantes populos pecunię gratia transmittuntur. Selandia

Hactenus de germanię prouintijs & ciuitatibus in littore Rheni occidentali constitutis. Transeundus nunc Rhenus et ad Danubiū sermo cōuertendus:priusq; q̄ ad germanię magnę mediterranea veniamus quę in eius decursu:deinde vero quę iuxta vel inter ipm & Rhenum habitent gentes commemorandum.

DANVBIVS igitur:non dico germanię:sed totius Europę fluuius maximus celebratissimusq; in mōtibus Arbonę (vbi est Bacenis silua)ortum habet.de quo Picus in staurosticho. danubiꝰ. Bacenis: silua. Picus

Hinc & Danubius non magnas deuehit vndas
Montibus Arbone vix fusus:plurima nondum
Flumina surripuit:nondumq; binomius ingens
Alluit Elisios:Ariosq;:& Peonis oram.
Ac Lygios:tandem rapto tumefactus aquarum
Euxinum ingreditur bis terno gurgite pontum
Extremumq; caput limosa perdit in vlua.

Hunc primi accolunt.

SVEVI Quorū gens olim fuit magna & amplissima: Sueui

Cesar atq(vt ait) Cesar germanorū omniū bellicosissima: hodie ar
ctioribus clausa limitibꝰ. Vbi ducatus Vuirtenbergeñ nō
parum celebris habetur. In quo
Stuogar- STVOGARDIA principum sedes: &
dia. TVBINGA ad ripam Nechari: achademia bonarū
Tubīga. litterarū nobilissima. Est potentissima quædam vrbium
Sueuię confederatio: quā Ligam Sueuorū vocant.
Inter clarissimas Sueuię vrbes numerant sequentes
Vlma. VLMA in ripa Danubij sita: quæ inter quattuor villas
fundationis imperij ponitur.
Augusta AVGVSTA Vindelicorū vrbs vetusta inter rapidissi
mos duos fluuios Lycum .s. et Mindam (que ibi cōcurrūt)
Baioaria extructa: & ꝓpterea muris ac ꝓpugnaculis munitissima.
Post Sueuiam subit Baioaria superior quā olim Norici
Monacū tenuere: in qua est.
MONACVM vrbs ad ripam Isare fluminis sita: inter
vrbes ditissimorū Bauororū principum clarissima: nomina-
tissimaq. Non longe ab ea in ripa Danubij est
Ingolsta INGOLSTADIVM oppidum florenti vniuersitate
dium. celeberrimū. In Baioaria inferiori sita est
Ratisbo- RATISBONA insignis vrbs multis turribus per totā
na. ciuitatem edificatis munitissima: cuius episcopatui olim tota
bohemia subijciebatur. Lōgius a Danubio in ipsis montibꝰ est
Salisbur- SALISBVRGA sedes episcopalis: Bauarorū metropo
ga. litana. Est &
Patauia. PATAVIA preclara ac diues olim ciuitas inter Danubi
um & Aenum sita. Sequitur deinde
Regnū Hungarie: que Pannonia inferior dicit: in qua
Buda BVDA vrbs clarissima regum sedes: qua nihil munitius
hungaria Nec certe amenius in tota Hungaria inueniri potest
Septem castra: quorū populos apud Cesarem Theutones
Austria. appellari puto. Subit Austria olim Pānonia superior dicta:
terra nobilis: aquis irrigua: ligni copiosa: agro feraci: piscibus

plena: vitibusq; cōsita: adeo vt vinū Bohemis: Morauis: Slesitis: ꝑ[illegible]isq; bauaris exuberantissime ministret: vnde & ꝓxima ximas opes colligit. Est hic principū Austriæ ꝑcipua sedes

VIENNA vrbs ꝑclarissima ac magnifica Australiū ciuitatū regionisq; caput: q̄ in decursu Danubij īter tot memorabiles vrbes nulla ditior: nulla poplosior: nullaq; vetustior. Vienna.

RVSSIA ciuitatē habet permaximā Nogardiā appellatam: ad quā mercatores Theutonici magno labore perueniunt. huius regionis populi appellant̄ Rutheni: quos Strabo Crossones videtur nominare. Russia. Rutheni

POLONIA regnū: vasta est planaq; et nemorosa regio Slesie ad occidētem proxima: Hungaris: Lituanis: & Prutenis contermina. In ea est. Polonia.

CRACOVIA precipūa regni ciuitas: vbi liberaliū artium schola floret. Craconia.

LITVANIA: palustris ferme: et oīs nemorosa regio est cuius gens Sclauorū vtit̄ sermone. Latissima em̄ est hęc lingua & in varias diuisa sectas. Nam alij ex Sclauis Romanā sequunt̄ ecclīaꝫ. vt Dalmatę: Croatani: Carni: ac Poloni. Alij grecorū sequunt̄ errores. vt Bulgari: Rutheni: & multi ex Lituanis. Alij proprias hereses inuenere. vt Bohemi: Moraui: Bosnenses. &c. Lituania

LIVONIA christianorū vltima prouintia ad septentionem Ruthenis iungit̄: quam Tartari sepe incurrūt. Hanc milites Theutonici qui beatę Marię vocant̄: armis acquisiere: et Christi sacra suscipere coegerunt. Liuonia

PRVSSIA ad vtrasq; ripas Vistulę amnis sita: qui fluuius est terminus germanię & Sarmatiæ. Exorit̄ hic in montibus Poloniā ab Hungaria dirimentibus: & partem Polonię irrigans Prussiam ꝙ longa est percurrit. Est hęc regio frumenti ferax: multa habens ambitiosa oppida. Prussia. Vistula fluuius

POMERIA quoq; multa habet oppida: & prę sertim Pomeria

ROSTOCHIVM in quo ē schola liberaliū artiū haud contemnenda. Est & in ea.

CAMINVM Pontificalis ciuitas. Episcopus loci Rhomano dūtaxat presuli subest. Sunt quoq; Visinaria: Sundis: Grisuoldia: & Stotimā. Veterem Marchiam perlabitur Albis fluuius: in cuius littore Stendalū est oppidum: & Gadelenum: & Soltuedelū: & Ostroburgiū.

Marchia
Albis

Hodera.
Franckfordia

MARCHIA Noua intersecatur ab Hodera fluuio: in cuius ripa est Franckfordia diues emporium: nostro euo vniuersitas: & Lucensis ciuitas. Est ibi flumen Hortellum nūcupatum: quod Brandenburgiū (ex quo marchia nomen habet) in duas partes diuidit: ibi epālis est sedes et Marchionū tribunal.

Slesia

SLESIA irrigua est fluuio Hodera: Regio publicis ac priuatis edificijs magnifice ornata. Vergit aūt Hodera in Septentrionē: ambabus ripis germanicas gentes alluens: preualet tamen Polonica lingua trans Hoderam. Est in ea Vratislauia vrbs illustris & inclyta: nominatissima: amplissimaq; in ripa Hodere sita.

morauia

MORAVIA inter Hūgaros & bohemos sita est: cuius gens ferox & rapinarū auida: mixtū habet sermonē Theutonicū & bohemicū. Bohemorū tamen est regionis imperiū. Olomucensis ciuitas vnica est Morauorū episcopalis:

bohemia
Praga.

BOHEMIA Aquilonis flatib9 ferme tota exposita est vniuersa luco clausa: quā veteres Herciniā siluam vocauere. in ea est Praga regi pōtificiq; honesta sedes tris in partes diuisa: quam pragā veterem & nouam: quā regionem Albis preclarior eius amnis irrigat.

Misna.

MISNA hāc Albis intersecat fluuius: in qūa est ciuitas Lyptzensis: diues mercatorū emperiū: preclaro studio insignitum. Caput autem Misnensiū est ciuitas Misna: vnde nomē rgioni datum est.

Saxonia.

SAXONIA cuius gentis nomē vetustissimū est in germania: inter quos plures fuere imperatores singulari prudentia & rerum gestarū magnitudine clari. Cōpetit ducibus sa

xonie ius eligendi imperatorē. Veri autem Saxones habent nullo dubitante (vt eius gentis ciuitates nominatim enumeremus) Madelburgenses. Bremenses. Alberstatenses. Verdēses. Brunsuicenses. Hamburgenses. Lunenburgenses: & Lubicenses.

MADELBVRGA metropolis & primaria Saxoniæ vrbs: ad Albim fluuium sita: episcopalis est sedes celeberrima: cuius episcopus est primas totius germaniæ. Bremenses gloriam suam dicunt Danorū gentem ad Christum esse cōuersam Alberstadiū Oltenna perlabitur fluuius: vbi ager optimus: ferax tritici: Brunsuigaq3 oppidum tota germania memorabile magnum & populosum. vnde nobilissimi duces Brunsuigeñ. nomen habent. Lubicensiū ciuitas: adeo est potens vt sine eius auxilio vix vnq3 Dacię reges continere suos subditos valuere. Madelburga Oltenna fluuius Brūsuiga Lubicensiū ciui.

DATIA germanię portio est: quę & Cimbrica appellat̃ cherronesus. Est hoc vnum inter tria Europę regna in septētrionē vergentia sibiq3 inuicem coherentia. Reliqua duo. sc3 Suetia & Noruegia non depingunt̃ hoc typo. Datia

Ascendendo rursus versus Danubij fontem (vt suo quęq3 ordini reddant̃) occurrit. Frisia.

FRISIA quę ab oriente saxoniā contingit: ad meridiem habet Vestfaliam: iungit̃q3 ad occidentē Traiectensiū terrę Quanq3 & ipos Traiectenses plerique Frisones esse volunt. Regio est libera suis vtens moribus: quę reuera nec exteris parere vult: neq3 dominari cupit. Gentem habet ferocem atq3 armis exercitatissimā robusti & proceri corpis. Pręcipua eius ciuitas Phileum appellat̃ a Ptolemeo. Nostro euo Grunigū vocatur. Gruningum.

VESTFALIA Rheno fluuio ab occidente claudit̃. Visurgo ab oriente. A septentrione Frisiā habet & Traiectensiū terram. meridiem Hassie montes excipiūt. ex quib9 Amasis fluuius oritur: qui mediam ferme prouinciā intersecat: et per Vestfalia Amasis fluuius.

Frisiam defluens fertur in mare. Salas quoq; fluuius Vestfaliam irrigat.

Thüringia. THVRINGIA vbi nobile oppidum: caput gentis Erfordia Maguntino presuli subiectum: studijs liberalium artium insigne.

Hassia HASSIA montana est regio inter Vestfalos & Francos orientales iacens: quæ a Rheno in septentrionē porrecta, Thuringię iungitur. Princeps gentis Lantgrauius dicit.

Frāconia FRANCONIA nobilis prouincia partim plana: partim montosa: cui multe siluę nec minor venatio inest: opib; admodum potens ab incolatu Francorum sic appellata: qui Troiani ab origine fuerunt. A meridie Sueuis & Baioarijs iungitur: ab occasu Rheno. Illustres in ea ciuitates sunt.

herbipol' HERBIPOLIS nobilis episcopi sedes: qui Francorum dux habetur: innūeris diuitijs ac possessionibus auctissimus: qui cum rem diuinā facit: gladiū in altari nudū ante se habet.

frācfordi. FRANCFORDIA nobile emporiū. Ibi Rho. Impe. ex veteri consuetudine elegitur coronaturq;: & sic demū ad culmen glorię euectus Rhomę diadema cęsareum a pōtifice suscipit. Labitur hic haud ignobilis annis Moganus a Ptolemeo Obrinca appellatus.

bāberga BAMBERGA quoq; celebris vrbs est arcem natūra & arte munitissimam habens. Est in ea vrbe ecclesia nobilis ab Henrico secūdo impatore fundata.

nürnberga NVRNBERGA vrbs diuitijs & omigenis mercib; nobilissima: cuius incolę omnes vel opifices sunt vel negociatores. Dubium est an Franconię aut Bauarię cedat. Certum tñ ipos Nurnbergeñ. neq; Bauaros: neq; Francones videri velle: sed tertiū quoddam separatū genus. Sunt qui eos Santones appellant. Ciuitas eorū in parrochia Bambergeñ. est: q̄ ad Francones pertinet.

Restat prouincia Rheni & ditio Palatini electoris impe-

rij. Est hic principatus florentissimus Sueuię ac ducatui Virtenbergensi contiguus: fontiq; Danubij proximus: vnde initium sumpsimus enumerandarũ magnę germaniæ regionũ inter Danubiũ & Rhenũ iacentium Principum sedes est Heidelberga

HEIDELBERGA vbi etiam vniuersitas est non parum nobilis. Hanc prouintiam contingit Marchia badensis Sed hactenus de his.

Lustremus nunc alpes & gentes quę vltra Danubiũ habitant. Vbi sciendũ in alpibus Rheticis (vt Hegoios & Algoios ptermittamus) Tirolenses esse noiatissimos: qui valles Aeni fluminis & Athesis incolunt. tirolẽses; Athesis.

ATHESIS ex tribus lacubus in celso alpium dorso cõstitutis profluens agrum Tridentinũ pertrãsit. Veronamq; vrbem diuidens in Adriam exoneratur. Aenus

AENVS quoq; fluuius ibidem scatens in Danubiũ tendit: de quo princeps Picus Picus;

Atq; sub aerijs perlabitur alpibus Aenus
Aenus Cæsareis ardentia ligna caminis.
Ducturus vasto populus dum Sbotius antro
Effusum varios argentum promit in vsus.

Sunt hic argenti fodine totius Europę nobilissimę. Estq; oppidum nominatissimũ (cui nomen Aeniponti) vulgo Insbruckium: frequens & amata principum Austrię habitatio. Hinc hę subeunt regiones in alpibus Iulijs. æ̃nepōs

STIRIA quondam Valeria dicta: prouincia montana: quãuis in orientẽ porrecta planicies non paruas habeat. Drauus ac Mura insignes fluuij terram irrigant. Mura in Drauũ exoneratur: ille in Danubiũ Stiria Drauus

HISTRIA Italiæ iugitur: & in peninsulæ modum magna sui parte mari circundatur. Lapidea & montana regio: histria.

quā Prisci albaniā vocauere. Huius regionis maritimę vrbes Italico sermone vtunť: quāuis & linguę Schlauorū peritiam habeāt. Italicus excursus hoc loco per Liburnos procedit in Dalmatiæ pedem: Dalmatia in limitem illyricum: in quo si-
dalmatia
na (vt ait Solinus) Dardani sedes habent: homines ex Troiana prosapia in mores barbaros efferati.

ILLYRIA cuius hominū genus nostra ętas Sclauos vocat. Sunt ibi varij populi quorū alij, Bosnenses. alij Dalmatię alij Croaci. alij Carni nuncupanť. Sunt autem harum prouinciarum fines admodū confusi: vt expedire noua sit difficile: cum & antiqua absoluere nemo facile possit. Plinius Histriam adherere Liburnię: & Liburnię finem intiū esse Dalmatarum dixit. Vnde perspicuum euadit Liburnos sedes habuisse inter Croatinos et Dalmatas. Ptolemeus Liburniam Dalmatiam atq; Illyridem confundit. Et Illyridi quidem a septentrionali plaga Pannoniā occurrere dixit: ab ortu superiorē Misiam: ab occasu Histriam: a meridie Macedoniam: & Adriaticum latus.

Carithia.

CARINTHIA mōtana regio Carnis applicatur ad ortum: a septentrione Stirię iuncta: ad occasum & meridiem alpes Italicas & forū Iulij contingit. Multæ in ea valles: collesq; feraces tritici: multi lacus: multi amnes. Huius prouintię oppidum est: quod Clagefurcium appellāt: in quo cōsuetudo est contra fures durissima: quam Aeneas Siluius his enarrat uerbis. Si quis (inquit) in furti suspitionē inciderit: mox captus: laqueo suspensus: vitam finit. Sumpto supplicio: post triduum de suspitione iudicant: si reum fuisse necatum inueniunt: pendere cadauer infame sinunt: donec consumptū sua sponte decidat. Si non: depositum in cimiterio condunt: iustumq; funus e publico faciunt: & animę gratas exequias.

Clagefurcium.

Sed iam germanię finibus ocyssime peragratis (vbi tamē nōnullis modū excessisse videbimur) q̃uis nōnullarū regio

num ciuitatu͂q; & quidem prestantiu͂ no͂ meminerimus. Ita-
lia sese offert describenda: cui sua͂ petenti narratione͂: seruato
breuitatis i͂stituto nobis satisfaciendu͂: si antea dixerimus ad
peculiare͂ Germanoru͂ laudem ptinere: ipos ex o͂ibus terra
rum nationibus solos esse indigenas: qui a nullis nationib9
pulsi patria: nullis cedentes: nullius exteri dominiu͂ passi: nul
lum occupatore͂ sustinentes: sine aduenaru͂ mixtura regnaru͂t
& vicinis circu͂quaq; imperitaru͂t: quod vix vllis populis a co͂
dito euo per totum orbem co͂tigit. Cui rei Cornelius quoq;
Tacitus suffragat͂ qui dicit: se Germanos indigenas credere
minimeq; aliaru͂ gentiu͂ aduentibus & hospicijs mixtos. Por
ro germanie populus singularis fidei & integritatis semp fu-
it. cui natura vires: consuetudo viriu͂ experientia͂ tribuit: qui
sola fama sui aduentus numerosissimos sæpe exercitus in fu-
gam vertit: huius inuicta͂ virtute͂ & fortitudine͂ Romani: &
p͂sertim Iulius Augustus: ac ip͂e Drusus Germanicus: o͂esq;
ceteri sunt experti: qui Germanis vnq; bella inferre tentaru͂t.
Apud quos reperti sunt qui egregia facerent plurimi: qui ve
ro scriberet nullus. Quare multo celebrior hec natio esset: si
reru͂ quoq; scriptores Germani fuissent: quoru͂ magna pars:
aut suoru͂ obsequio: aut odio externoru͂: multa contra fidem
falsa confirmaueru͂t. Adeo rarus reperit͂: que͂ non patrie digni
tas & amor permoueat vt longe copiosius in laude suoru͂: q͂
externorum persistat.

Caput. VI. De Italia.

ITALIA Europe regio olim dicta Hesperia: ab Hespero Atlantis fratre: deinde etiam Oenotria: o͂im totius orbis celeberrima: inter Adria͂ & Tuscum mare siue superu͂ & inferu͂ extensa: similis querno folio amplior longitudine q͂ latitudine: in duo scinditur cornua: quoru͂ alteru͂ Ioniu͂ spectat mare: alterum Syculu͂. Hanc Ap- Italia

Appēni-nus mōs. Appenninus mons elatus admodum & extensus: per medium secans & circūsepiens miro ornamento: & insupabili quodā modo munimine vallat. Nullis hęc terris cedit neq; agrorū vbertate: neq; armarū gloria: neq; vrbiū splendore: pręcipua cura a veteribus simul: ac nouis descripta auctoribus largitur in laude tam excellentis terrę materia suppetente: siue locorū salubritatē: siue cœli temperiem: siue vbertatem soli: siue aprica collium: siue opaca nemorū: siue innoxias saltus respicias. Vt taceant vitium olearumq; prouentus: nobilia pecuaria: tot amnes: tanti lacus: bifera violaria: tam frequētes colonię: tam assidua nouarū vrbiū gr̄a: tāq; clarū veterū oppidorū decus:

Vt non dubitauerit Virgilius ita canere.

Virgil⁹. Sed neq; Medorum siluę ditissima tellus.
Nec pulcher Ganges: atq; auro turbidus Hermūs
Laudibus Italię certet: neq; Bactra: neq; Indi.
Totaq; thuriferis Pāchaia diues harenis. Et paulo post:
Adde tot egregias vrbes: operumq; laborem
Tot congesta manu pręruptis oppida saxis
Fluminaq; antiquos subter labentia muros
An mare quod supra memorem: q̄dq; alluit infra:
Anne lacus tantos: &c.

Salue magna parens frugū Saturnia tellus. Magna virū. etc. Et sunt qdem latini ingeniorū excellentia & facundia lingue fecundissimi gl'iosum hominū genus. Partiales Italię regiones sunt. Campania. Calabria. Lucania. Apulia. Sabinia: Thuscia. Vmbria. Latiū. Hetruria. Marchia. Et in ea Gallię pte quę ab vsu togę togata. ab Italis Cisalpina. a nobis vero transalpina dicit̄. Liguria trans Padū. Insubria autem & Venetia citra Padū. Celeberrime in ea ciuitates sunt. RHOMA olim rerum domina. nunc summi patris patrū sedes. ad amnem Tybrim sita a Rhomulo eius cōditore ita nominata. septem in se colles cōplectens. de qua Virgilius.

Italiæ regiones. Rhoma. Virgi.

Scilicet & facta est rerum pulcherrima Rhoma.

Septem quę vna sibi muro circundedit arces.

NEAPOLIS Cāpanię caput olim Parthenope dicta. Incipiũt aũt fines cāpanie ab hostijs Tyberinis & in Caiera vrbe terminanť vbi hę sunt vrbes Ostia. Sinuesca. Ardea. Taracina. Careta. In mediterraneis Velitrę. Aricia. Prenestina. Tyburtina. Tusculũ & Alba. Nulla vero scena vnq̄ tam nobilē egit fortunā: q̄ sese ipa hijs paucis annis spectandũ pbuit in Neapolitano regno qđ semp armis concutiť. Nam p varia fortunæ volumina pene plures numeranť reges Neapolitani q̄ anni. a maioris ferdinandi interitu ad Hispanoꝝ victoriā. Neapol. Cāpania

FLORENTIA Hetrurię caput: cuius magnificentia vires et opes passim sũt notę: ad ripas Arni flu. cōdita: pvidētia ac institutis cōmendatissima: vbi ex his qui ociose & ignauiter agunt: expostulatus aliqs vnde victũ sibi q̄rat & vestitũ: si ex pedire nō pōt nec vitę innocentiā pbare. vt sceleris cōuictus plectiť: aut tanq̄ ciuitati pniciosus vrbe eijciť. Arnus autē fluuius Aretiũ a sinistris pterlabiť: Florētiāq̄ interfecās apđ Pisas mare Tyrenũ intrat. PISARVM ciuitas insignis est fuit hęc olim potentissima plurimũ exornata pōtib⁹ sup Ar num fluuiũ positis. Est & PERVSIA nobilis Hetrurię ciuitas p̄ruptis vndiq̄ rupib⁹ ita aucta. vt fere nulla egere videatur defensiōe. RAVENNA in litore maris Adriatici si ta vrbs vetustissima. cuius episcopatui duodecim ciuitatũ epi scopi subiecti feruntť. Arimini. s. Cesenę. Forolivij. Foripom pilij. Fauentię. Foricornelij: quę nũc īmola diciť. Briccij. Bo nonię. Mutinę. Rhegij. Parmę. & Placētiæ. BONONIA studioꝝ simul ac seditionũ mater Rheno Aemilio alluiť oli Felsina colonia dicta. Nō est hoc loco p̄tereũda silētio Mirā dula munitissimũ: opimũ: 7 lōge celeberrimũ pp̄ter nobilissi mos: & in omī scientiaꝝ genere p̄stantissimos eius pricipes: in quoꝝ familia tanq̄ hoc bonũ illis hereditariũ sit: tres serie continua seinuicem subsequutos cernimus dij boni quales et q̄tos: Primus fuit Io. Picus. qui simul oīm philosophoꝝ ac

Florētia. Arnus fluuius Pisa. Perusia. Rauēna. bononia Mirandula.

Theologorũ virtutes cũ omipharia doctrina & eloquentia complexus: famelicos veritatis animos habunde pauit: pauisſetq; longe habũdantius: nisi nõ sine magno studiorũ iactura maturo ereptus fato nobis sui desideriũ reliquisset. Cui successit nepos Ioannes Frãciscus Picus virtute & doctrina clarissimus in nullis studijs patruo minor: quod eius volumina iam pridẽ publicata locupletissime testant̃. Qui filiuz habet Ioannẽ Thomã: latine & grece doctissimũ: de quo magnam spem cõcipere licet: ipsum eundẽ per omniũ gradus virtutũ vestigia maiorũ suorum imitaturũ: adeo vt ad eum respiciendo pronũciare oms oporteat illud Virgilianũ. Vno amisso non deficit alter aureus: & simili frondescit virgo metallo.

Aquileia AQVILEIA vrbium Italię quondã potentissima atq; etiã pulcherrima.

Taruisiũ TARVISIVM Marchię Taruisanę ciuitas Silo fluuio diuidit̃.

Silus fluuius

Genua GENVA Lygurum domina & regina. Vrbs Italię clarissima in Lygustici maris littore sita: emporiũ celeberrimũ: annis multis imperio maris potita: nostra tamen memoria ciuilib9 agitata discordijs multas est passa mutationes: quas oriens simul ac occidens miratur.

Liguria. Est autem Lyguria maiore in parte mõtuosa regio inter amnes: Varum & Macram sita. Ab altero latere habens Appenninum montem: ab altero Padum fluuium.

Padus fluuius. Venimus nũc ad Padum fluuiũ: qui a Grecis Eridanus dictus fluuiorum rex a Virgilio ac alijs poetis appellatur: quẽ mons Vesulus supantissimus inter iuga alpium gremio suo fundit. Hic se primũ offert ducatus Mediolanẽsis: cuius metropolis ac principum sedes est

Mediolanum. MEDIOLANVM insubriũ ciuitas potentissima: qua maior in orbe.

Si sit: nobilior certe nec pulchrior vlla est
Feta armis: fęcunda viris: speciosa puellis:
Templa sacra: vijs ampla: ornatissima tectis:
Arce potens: populoq; frequens: vulgiq; labore.
Nobilitate grauis: sancto veneranda senatu

Frugiferę donis Cereris: Bachiq; redundans
Et pecore & pastu pinguis: ditissima nummis
Eius dux armis excellit: & potentia par regibus habetur.
Nostra ętate Ludouicus Sfortia florentissimo excidit principatu: quem fortuna in gallorũ potestatem deiecit: subita militum defectione proditum. Qua de re Faustus poeta elegantissimum edidit carmen: in cuius fine ait.

Mutato Maurus amictu
Cognitus accipitur: Gallumq; adductus in orbem — Faustus.
Vitam infoelicem ferrato in carcere plorat.

Sunt in hoc ducato ciuitates potentissime Comũ: Cremona: Brixia: Placentia: Papia: Nouaria: Alexãdria: Aliæ. Vbi nos silentio inuoluendũ est Papiã vrbem vetustissimã a Ticino flumine: in cuius margine sita est. Ticinũ appellari habereq; gymnasium studio legum longe celeberrimum: circa quã ingens lucus muris est cinctus venatione variarũ ferarũ plenissimus. Hinc subeũt ciuitates seq̃ntes. — Papia

MANTVA Coenomannoꝵ (ita eñ hic populus appellat̃) vrbs memorabilis: montibus qui germaniã ab Italia diuidũnt vicina: in medio constructa lacu: quem Mincius ex Benaco veniens perfluit: Virgilij patria de qua Martialis — Mantua — Mincius — Martial.

Tantum magna suo debet Verona Catullo
Quantũ parua suo Mantua Virgilio.

Sedes est Marchionis Mantuani. Viuit hodie in eadem vrbe Baptista Mantuanus Carmelita: quem semel atq; iterꝵ reuerenter inuisimus: poeta tantus in templo: quantus Virgilius in bello.

FERRARIA splẽdida ac insignis vrbs Pado opposita: cuius dux validus ac opulentus Mutinã: & Rhegiũ ciuitates episcopales possidet. — Ferraria

VENETIARVM ciuitas nostro ęuo cantatissima: terra mariq; potentissima: emporiũ Italiæ nobilissimũ e medijs vndis consurgens omnes omnis generis merces excipit. Vbi illud imprimis mirabile: q᷑ in qua vrbe ferme nihil gignitur in ea omniũ copia exuberet. Est autẽ Veneto- — Venetia

tam respublica sapientia diues & auro: quę suę memor liber-
tatis: patrię iura cōtra quoscunq principes tutat: ausa etiā cū
potētissimis Europę regibus collatis signis in medio campo
dimicare. Sūtq arma Veneta latissime ꝓmota. Adeo vt M.
Anthonius Sabellicus veram et peculiarē Venetoꝝ laudem
esse dicat: quod nulli hominū fuerint vnq Rhomanis dum
taxat exceptis qbus totus orbis prædę fuit qui publice priua
timq plus possiderint q Veneti: qui Adriā accolunt. De qui
bus Baptista Mantuanus Carmelita.

Mantuanus.

Veneti inquit opibus prudentia & armis
Excelsum clarumq genus: testatur origo
Euganeos habuere patres: par regibus ipsis
Publica res gentis Venetę: quę tempore longo
Sustinuit Thurcarum iras atq aspera bella
Semper apud Venetos studium sapientię: & omīs
In precio doctrina fuit: superauit Athenas
Ingenijs: & rebus gestis Lacedemona & Argos.
Vrbs preclara sequens priscę vestigia Rhomę.

Non desunt tamē qui de origine & republica Venetorū ali-
ter sentiant dictitantes ipsos e colluuione & fece gentium in
Venetis paludibus cōgregatos: piscatu primū viuentes: dein
de ex piscatoribus nauiculatores: ex his īstitores mercatoresq
ex mercatoribus per latrocinia. per cedes. per nephandissima
scelera. per corruptelas. furta. rapinas. oppressiones. sacrilegia.
proditiones. versutias. fraudes. dolos. īmanitates. impietatesq
pulcherrimarū rerum dominos esse factos: quibꝯ placeat vis
pro iusticia: pro equitate libido. fastus & superbia pro clemē-
tia & humanitate. Qui malis artibus Cyprū insulam nouē
quondā regnorum capacem: Cretam quoq: Histriā: Dalma
tiam & Liburniam acquisiuere. Imperatorē Constantinopo
litanū & eius proceres: finitimosq Italos: Cartarienses. Scalē-
ses. Mantuanos. Ferrarienses. & Mediolanenses duces. alios
magnis vrbibus insulis ac prouincijs. alios dimidia ditōnum

parte.alios omibus bonis.alios etiam vita mulctauerũt.Duces Austriæ:Taruisio.Feltro.Concordia.Vtino. Tergeste. Coricia expulerũt.Summo deniq; pontifici & sancto Petro: næ se cæteris vicinis pulchriorem putaret Forum liuiũ.Forũ Corneliũ.Fauentiam.Ariminum.Rauẽnam abstulere. Hydruntem & Brundusium in laboribus regum Neapolitanorum interceperunt:nec sine dolo Pisam vsurpauerũt.Imperatores Rhomanos.Patauio.Vincentia.Verona eiecerunt: & omi possessione Italię penitus priuauerunt. Sed Maximilianus Cæsar Augustus.inclytus.victoriosus.magnis copijs cõtra ipsos mouens:iam pridem summa cum laude Veronam vrbem opulentissimã a dira seruitute vindicauit. Vincentiamq; recepit:& Paduam tanto molimine cinxit: vt cinctam a magno memorant Agmennone Troiam.Et pótẽtissimus Gallorum rex Ludouicus duodecimus.qui Ligurum & Insubrium:multis iam annis Sfortiadum signa sequentiũ:moderans habenas:Venetis & Cremonam & Bergomũ & Brixiam bello abstulit. Sed hęc præter institutũ a nobis dicta sunt peruacanea puterẽ. PADVAM:quæ & Padamũ:Italię vrbem vetustissimã celeberrimãq; ac maximã Anthenorem Troia profugum Virgilius testatur condidisse cum dicit. Padua

Anthenor potuit medijs elapsus Achiuis.
Illyricos penetrare sinus atq; intima tutus
Regna Lyburnorũ & fontem superare Timaui — Virgili.
Vnde per ora nouem fasto cum murmure montis
It mare proruptum:& pelago premit arua sonanti
Hic tamen ille vrbem Patani sedesq; locauit
Teucrorum:& genti nomen dedit.&c.

Dictis quoq; Cretensis super hac re libro quinto historie belli Troiani auctor est Anthenorem ipsum ad mare Adriaticum deuenisse:cum Græcis consuluisset vt e templo Mineruæ palladiũ surriperet:quod & ipse clam ad Græcos deduxit

Non longe ab ea est Verona pulchra & p̄clara Venetię regionis ciuitas: alpib9 finitima, quā Athesis fluuius Tridē tinū perfluens agrum diuidit, Adriā deinde influens: qui huic vrbi custodię simul ac ornamento & subuehendis: reuehendisq mercibus magno est vsui: patria Catulli poetę: & Plinij. Hactenus de Italia. De cuius insignioribus ciuitatib9 vulgo dici solet (ne & illud omittamus) Romā pręceteris celeberrimā esse sanctitate. Neapolim nobilitate. Senas antiquitate. Florentiā pulchritudine. Superbam Genuā. Mediolanam populosam. Venetias prestare diuicijs.

Caput. VII. De Sarmatia Europę & regno Gręcię

Consequēs esset his sic expeditis: exigente nūc tempore & loco regionūq ordine: pro cōsummatiōe sūmarie descriptionis Europę: de ea Sarmatia que circa Tanaim fluuiū in Europa est: determinetionē suscipere: deq imperio orientali quod vulgus regnū Gręcię vocat verba facere. id est de Macedonia. Epiro: Aetolia: Polopeneso: Achaia: Archadia: Thessalia: Thracia: Hellade: que omnia inter Hellespontū Aegeūq mare ac Adriaticū interiacēt. Verum quia maior pars horum: neq hoc parallelogrāmo typo continet: neq a Christianis princihibus nostro euo: sed partim a Tartaris: partim a Thurcis: nemine obstante: intra Europę viscera grassantibus possidentur. erūnosaq ac deterrima seruitute premuntur. Sarmatiā relinquentibus: satis fuerit nobis dixisse in Thracia esse Bizantiū vrbem maritimā quā Cōstantinus imperator sedē suā ex vrbe Rhoma in oriētem trāsferēs adauxit exornauitq latissimis: altissimisq muris & crassissimis turribus singulis munitissimas arces representantibus. que omi adamante solidiores videbant: a cuius hęc nōīe Constantinopolis deinde dicta est. Hanc Mahometes Othomannus Thurcarū imperator sub Ioanne Paleogo

Cōstantinopolis.

lo imperatore Cōstantinopolitano Anno salutis Christianę M.CCCC.LIII.cępit ac crudelissime dirupit. Extat ī ea prę ter cętera magnificentissima ędificia templum beatę Sophiæ Iustiniani Cæsaris opus toto orbe memorabile. Hęc de hijs diximus. Nunc ad Europę insulas flectendus est stilus.

Caput. VIII. De insulis.

S Ed nūm semꝑ de cōtinenti loquemur: nūllaꝫ fere de insulis que firmā Europę terrā circūūiacent: & Christi fidem cognoscūt: mentionē facientes.

Habet Europe cōtinens ad Septentrionē noīatissimas insularū Britanniā: Scotiā: & Hiberniā: de quibꝰ iam supra diximus: Que ad occidentē iacent hoc spacio nō cōprehendūt Restant igit̃ maris mediterranei insulę. de qbus dixisse suffi ciat ex hijs famosiores esse que sequunt̃.

BALEARES circa Hispaniā funda celebres. Baleares.

Circa Galliam a Massilia ad oram Lygurū Storcades.

Circa Italiam iacent.

SARDINIA a Sardo Herculis filio appellata: tritico: pe coribꝰ & pascuis fęlix: īter cuius ciuitates ꝑcipua est Calaris Sardinia

CORSICA quā gręci Cyrnon appellauere. Hæc præter optimū & suauissimū vinū multis alijs fructibus: bobus quoqꝫ: capris: ac ouibus habundat. Corsica.

SYCILIA: & Trinacria & Sycania dicit̃: quondā Brutio coherēs agro: mox interfuso mari auulsa. Duodecim stadiorum interuallo: duo aduersa ꝓmontoria distant: ex Italia Cenys: ex Sycilia Pelorū. Hanc veteres Rhomę horreū vocauere: que oībus rebus suꝑior alijs Italię ꝑtibus habita est. frumento: croco: melle: fructibus: pecoribꝰ: alijsqꝫ permultis fęcundissima. Eius metropolis est ciuitas Syracusarū Sycylia.

CRETA: centum inclyta vrbibus Venetis paret. Creta

RHODOS: militibus Ioānitis Thurcarū insultationes fortissime ꝓpugnantibus clarissima. Rhodos.

CYPRVS: inter celebres insulas celeberrima: rerū oīm Cyprus

habundãs:multisq; diuitijs ornata:luxui plurimũ dedita:ob quod Veneri dicata fuit. Hęc quoq; Venetis paret.

Sed neq; Creta:neq; Rhodos:neq; Cyprus in hoc quadrangulo typo poni potuere. Adde etiam q; Rhodos ac Cyprus non Europæ sed Asię sunt insulę ad latus Asięminoris in mari mediterraneo positæ. Et hęc quidem de insulis dicta sufficiant. Iam ad quedam alia vela obuertenda:quibus breuiter absolutis portui appropinquandũ.

Caput.IX.De dominis,eorũq; insignib9 ac armis.

Regnauerũt Rhomę vt rem altius repetamus p̃ annos.ccxliij.reges numero septẽ.Rhomulus.s.Numa Põpilius.Tullus.Ancus Martius.Tarquinius Priscus.Seruius. Tullus. & Tarquinius supbus. quo ob vim Lucrecię nobili matrone illatam expulso:cõsules fuerũt a Iunio Bruto & Publicola in Pansam & Hirtium.D.ccc.lxxvij.qui per annos.cccc.lxvij.regnauere. Impatores vero a Iulio Cæsare vsq; ad Constantinũ magnũ.xliiij.numerantᷣ qui vrbis simul ac orbis gubernacula.ccc.xci.annorũ curriculis tractarũt. Magnus aũt Cõstantinus vrbem Rhomã & totum imperiũ occidẽtale hoc est Hispanias:Gallias: Germaniam:Italiam beato Siluestro summo põtifici:pro se ac successoribus suis tradidit:sedem suã in oriẽtẽ transferẽs:& adauctam ornatãq; vrbẽ Thracię Bizantiũ (quã Rhomę ędificiorũ magnitudine parẽ facere conatus est) secundã Rhomã appellauit. Ea postea Cõstantinopolis est dicta. De hijs omnibus latissime scribiᷣ in decretis canonicis de donatione Cõstantini. Verũ papa (qui est patrũ pater & Christi vicarius in terris) in pontificia dignitate sublimiq; humanę pietatis arce cõstitutus:ppendens preceptũ esse Petro:vt mittat gladium in vaginã:seq; non aliorũ principũ more sęcularis:sed spirituali gladio armatũ esse oportere (cui nec murus nec vllum vallũ quo minus feriat obsistere potest. De quo diciᷣ in psal.

Constantinus.

Constantinopolis

Quo ibo a spiritu tuo: & quo a facie tua fugiam) duobus filijs precipuis Imperatori videlicet & Francorũ regi terrarum dominia cõmisit: qui armorũ potentia ab omni hostium incursione Christianorũ orbem defendant ac ampliare studeãt seq; ipm formam serui accipiens exinaniuit. Cum enim esset dominorũ dominus: quia tamẽ Christi vicarius: Christi humilitatem sequendã censuit: seruorũ dei se seruum appellans. Quod pontifices Rhomani omnes nunc factitare solent exẽplo Gregorij qui primus fastigium illud: honorũ abiectione miscens: hoc temperamento vsus est. Porro quemadmodu3 in spiritualibus Rhomano põtifici singuli patriarchę primatesq; cæteri: põtifices: & prelati subiecti sunt: sic potestati imperiali regaliq; potentię quolibet decet obedire in temporalibus. Est autem imperiũ a Græcis tralatum ad Germanos: relataq; sanctio a Gregorio quinto sũmmo pontifi. haud abnuente Othone: de imperatore eligendo: quã vsq; ad tempora nostra seruatã videmus: solis scilicet Germanis licere principem deligere: qui Cęsar & Rhomanorũ rex appellatus: tum demũ Imperator & Augustus habeatur: cum eum pontifex confirmauerit. Vt non per sanguinis successionem imperiũ duceretur: sed electione Germanorũ procerũ vna cum Bohemiæ rege ceteris preficeretur qui virtutum dignitate prestaret de qua cõfirmatione plenius habetur extra de electione cap̃. Venerabilem. & in aurea bulla quã Carolus quartus Rhomanorum Imperator Nurnbergę edidit Anno domini. M. CCCLVI. Suntq; hij electores.

Imperiũ a Græcis tralatum

Nõ sanguis successione duci imperium.

electores

Maguntinus archiep̃s: sacri Rhomani imp. Cancellarius per Germaniam.

Treuirensis archiepiscopus: Cancellarius per Galliam.

Coloniensis archiep̃s: Cancellarius per Italiam.

Marchio Brandenburgeñ: Camerarius.

Palatinus Rheni comes: dapifer.

Dux Saxonum: ensifer.

Rex Bohemię. Rex Bohemię: pincerna quē cęteris additū ferūt: nō ad eligendū: sed a tollendas electorū discordias; si paria cōtingeret esse suffragia. Annus in quo hęc sanctio facta est primus vl (secundū alios) secūdus supra millesimū Christiane salutis fuisse inuenit. Vt aūt imperiū solidiori firmitate subsisteret: fundatū firmatūqꝫ dicit supra quatuor colūnas: qui sunt quatuor illustrissimi Rhomani imperij duces: supra q̄tuor Marchiones: quatuor Lantgrauios: quatuor Burggrauios; quatuor Comites: quatuor Barones qui & liberi dicūt; quatuor Milites: Ciuitates quatuor: Villas quatuor; & quatuor Rusticos.

Colūnæ imperij

Ducatus quatuor sunt Brūschūiga. Sueuia. Bauaria. Lothoringia. Marchiōes Brandenburgē. Paduē. Morauię. Misnę

Lantgrauij: Thuringię Hassię. Leuchtenberge. Alsatiæ. Burggrauij: Nurnberga: Magdaburga. Ryneckium. Srunburgis. Comites. Schuartzenburgē. Clefanię. Cilię. Sabaudię. Liberi. Aldenualdē. Vesterburgiū. Tusis. Limpergē. Milites. Andelaw. Meldingē. Strueck. Frawēberg. Ciuitates. Augusta Vindelicorū. Metis. Aquisgranum. Lubeck. Ville. Bamberga. Selestadiū. Hagenoia Vlma. Rustici. Colonia. Ratispona. Constantia. Salisburga. Hæc ideo enumerauimus; quia omīquaqꝫ circa Europæ typum: pro cuius intelligentia hec scribimus: insignia dominorū suis distincta coloribus ponunt. Inter que primum obtinent locū.

Claues summi patris patrū (qui se seruū seruorū nominat) Rhomani incꝫ pontificis insigne. quas Christus Petro tradens: ei & successoribus suis potestatē dedit aperiendi & claudendi regna celorū: dum inquit, Quēcunqꝫ ligaueris sup terrā ligatus erit & in celo. &c.

Hinc ad latus est Cæsar Rhomanas habens aquilas alis expansis: quas legimus Mariū in secūdo cōsolatu suo Rhomanis ppe dicasse. Vegetius quoqꝫ primū totius legionis

signũ apud Rhomanos aqlam esse scribit. Circa quem prin-
cipum: procerũ: aliorũq; iam enumeratorũ ad imperij funda
tionem spectantiũ insignia secũdũ ordinẽ posita cõspiciunt
Alio in latere est Liliger Gallorũ rex cui etiam rite addũt Duodeci pares Franciæ.
procerũ sui regni insignia. Quorũ duodecim sunt a Carolo
magno: ex omĩ pcipua Francorũ nobilitate selecti: pares ap-
pellati: quia. s. equali inter se dignitate regi cõstantes ppetuo
esse debent: neq; cuiusq; nisi parlamenti tantũ Senatus iudi-
cio obnoxij tenent: qui & cõsecrandis coronãdisq; Francorũ
regibus assunt. Horũ autẽ sex sunt spirituales: scilicet

Remensis. Archiepiscopus.
Laudunensis. Pontifex: Dux
Bellouacus. Episcopus: Comes
Cathalaunensis. Episcopus: Comes

Alij sex principes seculi.

Dux Burgundus
Dux Normannus
Dux Aquitanus
Flandrensis Comes
Tholosanus Comes
Campanus Comes.

Visunt quoq; in signia ac arma aliorũ regum & principum
Europe: que omia minime dubitandũ est cognitu pariter ac
aspectu vtilia ac iucunda fore taliũ rerum studiosis.

h Ec pauca sunt que ad Europe enarrationem scri-
bere placuit sectãdo Laconismon. vt si nihil aliud
saltem ipa breuitas legentiũ fastidio medeat. Inge
nue fatemur multo plura dici potuisse ad rem facientia: neq;
parum quidẽ necessaria. vt. s. regionũ incole exordia sumpse
rint: vt ciuitates & oppida fuerint extructa: quibꝰ singule vr-
bes dominis subiecte: vtq; tum nostra tum patrũ memoria
mutationes passe. At nos (qui ꝓposuimus insigniora solũ
loca noĩatim enumerare) cõsulto talia pretermisimus: & ex

industria tam paucica recensuimus: atque ea sola que non antiq sed quorũ p̃senti tempe fides librari queat. Iudicabũt id alij segnis esse animi: alij incuriositati attribuẽt: quos ego ad eos dirigo scriptores tam antiquos q̃ nouos: qui plenissima nar= randi diliegẽtia ita absoluerũt singula: vt fere nihil quicq̃ di ci queat: post eos preclare ac diffuse om̃ia tractã tes: quod nõ supuacuũ videat̃ retractari. Tu nobis ista sine elegãtia & lati= na venustate scribentibus iustam non negabis veniã Marti= ne: cõpositionis celeritatem: & grauem morbi nostri infesta= tionem attendens.

Enarrãtionis Europe:
FINIS.

Argentorati Ex Officina Impressoria Ioannis Grũninger: Iulio Secundo Pontifice Maximo in ecclesia præsi= dente. Maximilianoq̃ Cæsare Rhomano Augusto: inclyto: victorioso, Et Ludouico, xij. poten= tissimo Gallo rum rege Christiani orbis habe= nas vnanimiter ac fęlicissime tra ctantibus, Anno salutis, M.D.XI. Men se Aprili.

13162
H. W. Stevens
May, 1921